Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38233
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



31

tota paenitur plebem significat. Sed hanc partem plebis. in quae omnis mali recondiderunt, Hic enim populus quem increpat dns sub nomine hierusalem dicit, quae occidit prophetas, et cetera. Et alio loco; generatio mala et adultera. et natio iniquorum, dehinc queritur per prophetam Isaiae dicens; Ve genti peccatrici semen pessimum, per malam uoluntatem dum fructus malos faciunt. in semen pessimum sunt conuersi; Vox probat apti dicentur, eramus. et nos aliquando natura filii irae et cetera.

VI Scimus autem quoniam quaecumque lex loquitur. his qui in lege loquitur; Manifestum est. quia hos increpat lex. qui et primum non crediderunt deo ipso mari neque prophetis parentibus suis quos et persequentes occiderunt, neque aptis cognatis suis sed carnem. quorum sanguinem effuderunt, semper impii et indomiti rebelles. ut legem damnent; Sicut enim omnium malorum una est causa in malos. Ita cunctorum bonorum; Iniustis ergo similium arguitur malum; Haec ad iudaeorum confusionem pertinent quibus et parentibus; suis testimonium ex lege ferebant; Ut omne os obstruat. et subditus fiat omnis mundus deo; Hoc dicit. quia iudaeis in peccatis constrictis omnis mundus subditus fit deo; Degentibus; uero nulli dubium est. quia obruti delictis; de ipso totus mundus deo prostratus est. ut possit adindulgentiam pertinere. quia omnis mundus iudaeorum et gentilium est. quando ergo iudaeos qui legem acceperunt ad deo et quibus; facta promissio et peccatis probat obnoxios. dubium non est omnes graecos reos esse mostis, de ipso omne os obstruat ait. et subditus fiat omnis mundus deo, dum omnes indigeant misericordiam dei. tam iudaei quam gentiles; Quoniam quidem non iustificatur ex operibus legis omnis caro coram deo; Non ideo minime iustificari ait homines apud dm. quia legem iustitiae non seruauerunt in preceptis. Sed quia sacramentum mysterii dei. quod in xpo est credere noluerunt; ipso enim decreuit dns iustificari homines non per legem; quia lex ad tempus iustificat. non apud dm; Ideo legem seruantes. in tempore iusti dicuntur; Apud dm uero iniusti. quia fides per quam iustificantur homines apud dm.